

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 48.
Pagine 1880-1893.

Hystoria Judith.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2011.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

[*Hystoria Adonáy.*]

Regula de hystoria Adonáy. incipienda ubi sunt due commemorationes scilicet de festo loci et de sancta Maria.

C Littera dominicalis **A.** Octavo kalendas Octobris tota cantetur hystoria et in ij. et in v. feria fiant commemorationes, *R*. feriale non dicitur.

C Littera dominicalis **B.** vij. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sancto Firmino, iij. feria et iiij. fient commemorationes et *R*. feriale non dicitur.

C Littera dominicalis **C.** vj. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sanctis Cypriano et Justina et iij. feria et sabbato fiant commemorationes et *R*. feriale non dicitur.

C Littera dominicalis **D.** v. kalendas Octobris tota cantetur hystoria cum memoria tantum de martyribus Cosma et Damiano, feria ij. et sabbato fient commemorationes et *R*. feriale non dicitur.

C Littera dominicalis **E.** xj. kalendas Octobris inchoetur hystoria cum memoria privativi, j. memoria de sancto, postea de dominica et de Trinitate et nulla fiet processio, et in dominica ad ij. vesperas sancti Mathei fiat solennis memoria de sancto Mauricio sociisque ejus : et iiij. iiiij. et vj.¹ feria cantentur responsoria de hystoria cum responsorio feriali in iiij. nocturno et festa in his feriis contingentis omnino pretermittantur : et feria v.² et sabbato fiant commemorationes cum memoriis de sanctis.

C Littera dominicalis **F.** x. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et festum sancti Mauricii sociorumque ejus differatur in crastinum : et fiat memoria de sancta Tecla, et in feria iij. et sabbato fiant commemorationes et *R*. feriale non dicitur.

C Littera dominicalis **G.** ix. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sancta Tecla : et ij. feria et vj. fient commemorationes et *R*. feriale non dicitur.

[Hystoria Adonáy.]³

6. **A.** **C** Adonáy. Littera dominicalis **A.** viij. kalendas Octobris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone.

⁴Feria 2. 3. et 5. de commemorationibus.

Feria 4. de martyribus [Cosma et Damiano].⁵ 3. R^v. *Hec est vera.*

Sabbato de S. Hieronymo. Et legatur omelia ad matutinas sicut in die Ambrosii, scilicet *Predíxerat Dóminus*.

6. **B.** **C** Littera dominicalis **B.** vij. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sancto [Firmino]⁶ et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus.

Feria 6. de S. Hieronymo. Omelia ut supra in **A.**

6. **C.** **C** Littera dominicalis **C.** 6. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de martyribus [Cypriano et Justina]⁷ et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de S. Hieronymo et legatur omelia ut supra in **A.** 2. vespere erunt de S. Hieronymo et solennis memoria de S. confessoribus [Remigio Germano Vedasto et Bavone]⁸ et de S. Meloro.

6. **D.** **C** Littera dominicalis **D.** v. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de martyribus [Cosma et Damiano]⁹ et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 6.¹⁰ et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de S. Hieronymo : ad matutinas omnia ut supra in **A.**

6. **E.** **C** Littera dominicalis **E.** 21. die Septembris de S. Matheo, memoria de S. Laudo, de dominica et de Trinitate sub silentio [et]¹¹ nulla processio. [Ad missam memoria de sancto Laudo et de omnibus sanctis].¹² Ad 2. vesperas de apostolo fiat memoria de dominica sub silentio, deinde memoria de martyribus [Mauricio &c.].¹³ solleniter.

Feria 2. de martyribus [Mauricio et sociis],¹⁴ ix. lectiones. Ad 2. vesperas nichil de S. Tecla nisi ad vesperas et ad matutinas de S. Maria.

Feria 3. 4. et 6. de feria cum R^v. hystorialibus [et responsorio feriali missa dominicalis dicitur in iij. feria, in iiij. feria epistola et evanglium ejusdem ferie]¹⁵ et in 6. feria dicitur responsorium feriale, missa *Salus pópuli*. et nichil de martyre nisi

memoria ad vesperas et ad matutinas de S. Maria.

Feria 5. et sabbato de commemorationibus et in hac ebdomada nichil de 3. commemoratione.

6. **f.** **C** Littera dominicalis **f.** xxij. die Septembris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de apostolo [Matheo],¹⁶ memoria de dominica, de Trinitate sub silentio sine processione. In laudibus omnes antiphone et festum S. Mauricij differatur in crastinum. 2. vespere in dominica erunt de dominica et memoria de martyribus [Mauricio et sociis]¹⁷ et de S. Tecla.

Feria 2. de martyribus [Mauricio &c.]¹⁸ et tantum memoria de virgine [S. Tecla].¹⁹ Vespere erunt de martyribus et memoria de commemoratione.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.

6. **G.** **C** Littera dominicalis **G.** ix. kalendas Octobris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de martyribus [Mauricio et sociis],²⁰ memoria de S. Tecla, de dominica, de Trinitate et processio. Ad matutinas tantum memoria de virgine [S. Tecla]²¹ et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone. 2. vespere erunt de dominica et memoria de commemoratione.

Feria 2. 3. et 6. de commemorationibus.

¶ Dominica j. post xij. kalendas Octobris.

Ad j. vespertas.

Ant. Benedíctus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. Benedíctus. [357].

R. Dómine Rex. [ij. de matutinas.]²² 1885.

Hymnus. O lux beáta Tríntas. [359].

X. Vespertína orálio ascéndet. [359].

AS:320; 1520:39v; 1531:194r.

Ant. VIII.i. 1286.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large initial 'A' decorated with floral flourishes. The lyrics are written below the notes. The second staff continues the melody. The third staff concludes the antiphon. The psalm 'Magníficat' follows, indicated by a double bar line and a new staff.

- do-ná- y * Dó-mi-ne De-us magne et mi- rá-
bi- lis qui de-dís-ti sa-lú-tem in ma-nu fémi-ne, ex-áudi
pre-ces servó-rum tu-ó-rum. *Ps. Magníficat. 69**.

¶ Ad matutinas.

Invitatorium. Laudémus nomen. [4].

Ps. Veníte. ut supra in hystoria Si bona. 4*.

In j. nocturno.

Ant. Pro fidei méritis. [2].

Ps. Beátus vir. (j.) [2].

X. Memor fui. [24].

C Hoc die incipiatur liber Judith : et legatur per ebdomadam quando de temporali agitur.

Lectio j. Legenda i. Judith j. (5.)

Abuchodonósor rex Assyri-
órum qui regnábat in Nínive
civitáte magna : misit ad
omnes qui habitábant in Cilícia, et
Damásco, et Líbano, et ad gentes que
sunt in Carmélo et Cedar, et

inhabitantes Galiléam in campo
magno Esdrelon,²³ et ad omnes qui
erant in Samária et trans flumen
Jordánem usque²⁴ Hierúsalem et om-
nem terram Jesse, quoúisque
perveniáтур ad montes Ehtiópie.

AS:320; 1520:39v; 1531:194r.²⁵

1. Resp. III.

6043. **A** - do-ná-y * Dómi-ne De- us magne et
mi-rá- bi- lis qui de-dís-ti sa-lú-tem in ma-nu
fé- mi- ne. †Ex-áudi pre- ces servó- rum
6043a. tu- ó- rum. *V.* Be-ne-díc- tus es Dómi-ne qui
non de-re-línquis pre-su-méntes de te, et de su- a vir-

Hystoria Judith.

tú-te glo-ri- ántes hu-mí- li- as. †Ex-áudi.

Lectio ij. (Judith j. 10.)

AD hos omnes misit nuncios Nabuchodonósor rex Assyriórum, qui omnes uno ánimo contradixérunt, et remisérunt eos vácuos ac sine honore abjecérunt. Tunc indig-

nátus est Nabuchodonósor rex ad omnem terram illam : et jurávit per regnum et thronum suum quod defénderet se de ómnibus régiónibus his.

AS:321; 1520:40r; 1531:194r.²⁶

2. Resp.


II.

O-mi-ne Rex * omní- po-tens in di-ti- óne tu-a
cunc-ta sunt pó-si- ta, et non est qui pos- sit
re-sístre vo-lun- tá-ti tu- e. †Lí-be-ra nos
prop- ter nomen tu- um. ¶ Ex-áu-di Dómi-ne o-ra-ti-
ónem nos-tram : et converte luctum nostrum in gáu-

6511.

6511a.

[194v.]



Lectio iij. Judith ij. (4.)


Tunc vocávit Holoférnem prín-
cipem milítias sue et dixit ei,
Egrédere advérsum omne regnum
occidéntis : et contra eos precípue,
qui contempsérunt impérium meum.
Non parcer óculus tuus ulli regno :

omnémque urbem munítam subju-
gábis michi. Tunc Holoférnes vocávit
duces et magistrátus virtútis As-
syriórum : et dinumerávit viros in
expeditiónem, sicut precépit ei rex.

AS:321; 1520:40r; 1531:194v.²⁷

3. Resp. II.

6488.  Omi-ná-tor * Dó-mi-ne ce-ló- rum et ter-
re, Cre-á- tor aquá- rum, Rex u-ni-vérse cre- a-
tí-
tú-re tu- e. †Ex-áudi o-ra- ti- ó- nem servó- rum
6488a. tu- ó- rum. *XV.* Tu Dó- mi-ne cu- i humí-li- um semper
et mansu- e-tó- rum plá-cu- it de- pre-cá- ti- o.



†Ex-áudi.

¶. Glória. 93*. †Exáudi.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Natúre. [25].

Ps. Consérvá. (xv.) [25].

¶. Média. [33].

Lectio iiiij. Legenda 2. (Judith ij. II.)

PT profectus est Holofernes et
Omnis exércitus, cum quádrigis
et equítibus et sagittáriis : qui coope-
ruérunt fáciem terre sicut locústas.
Et cécidit timor illíus super omnes
inhabitántes terram.

Judith Tantúsque metus provinciis illis
ijj. (9.) incúbuit : ut universárum úrbium

habitatóres príncipes et honoráti
simul cum pópolis exírent in óbiam
veniénti : excipiéntes eum cum co-
rónis et lampádibus ducéntes choros
in týbiis et tímpanis. Nec ista tamen
faciéntes ferocitátem ejus péctoris
mitigáre potuérunt.

AS:321; 1520:40v; 1531:194v.²⁸

4. Resp.

II.

7684.



Pem in a- li- um * nunquam há- bu- i pre-ter in te

De- us Isra- el. †Qui i-rásce- ris et pro-pí-

ti- us e- ris et ómni- a peccá- ta hó- mi-num

Hystoria Judith.

7684a.

in tri-bu-la-ti- ó- ne di- mít- tis. *V.* Dó- mi-ne De-us
ce- li et ter- re : réspi-ce ad humili- tá-tem nos-tram.
†Qui i-rásce- ris.

Lectio v. (Judith iij. 12.)

PAm et civitátes eórum des-trúxit : et lucos eórum excídit. Precéperat enim illi Nabuchodonósor rex, ut omnes deos terras extermináret : vidélicet ut ipse solus diceréatur deus terre²⁹ ab his natiónibus que potuissent Holoférnis poténtia subjugári.

Tunc audiéntes hec filii Israel qui (*Judith iv.*) habitábant in terra Juda : timuérunt valde a fácie ejus. Tremor étiam et horror invásit sonsus eórum ne hoc fáceret Hierúsalem et templo Dómini : et quod fécerat céteris civitátibus et templis eárum.

AS:322; 1520:40v; 1531:194v.³⁰

5. Resp. 6319.

II.

Onfór-ta me * rex sanctó- rum princi-pá-
tum te- nens. †Et da sermó- nem rec- tum et be-

Hystoria Judith.

6319a.

ne so- nán- tem in os me- um. *V.* Da no- bis
 Dómi-ne lo-cum pe-ni-ténci- e : et ne claudas o-ra
 ca-nénti- um te Dó- mi- ne. †Et da.

Lectio sexta. (Judith iv. 3.)

CT misérunt in omnem Sa-máriam per circúitum usque Hiérico : et preoccupavérunt omnes vértices móntium, et muris circun-dedérunt vicos suos, et congregavérunt fruménta in preparaciónen pugne. Sacérdos étiam Elíachim scripsit ad univérsos qui erant contra Hésdrelon, que est contra fáciem campi magni juxta Dóthain : et univérsis per quos tránsitus esse

póterat ut obtínerent ascénsus móntium per quos via esse póterat ad Hierúsalem : ut illic custodírent ubi angústum iter esse póterat inter montes. Et fecérunt filii Israel : secúndum quod constitúerat eis sacérdos Dómini Elíachim. Et clamávit omnis pópulus ad Dóminum instántia magna : et humiliavérunt áimas suas in jejúniis et oratióibus ipsi et mulíeres illórum. Tu autem.

AS:322; 1520:41r; 1531:194v.³¹

6. Resp.

II.



Audá-te * Dómi-num De- um nos-trum. †Qui non

7078.

Hystoria Judith.

de-sé-ru- it spe-rán-tes in se : et in me ad-implé-vit
 mi-se-ri-cór- di- am su- am. ‡Quam promí- sit dó-
 7078a. mu- i Isra- el. ⁊ Laudá- te Dómi-num omnes
 gen- tes et col-laudá-te e- um om-nes pó- pu- li.
 †Qui non. ⁊ Gló- ri- a. 93*. ‡Quam promí- sit.

I In iij. nocturno.

Ant. Sponsus. [34].

Ps. Celi enárrant. (xviiij.) [34].

⁊ Exaltáre Dómine. [40].

R. [vij.]³² Tribulatíone. 1871.

R. [vij.]³³ Nos álum. 1872.


Require hec duo responsoria in proxima dominica precedente.

R. feriale.


AS:322; 1520:41r; 1531:194v.³⁴

7193. Resp.
II.


V Os * qui in túrri-bus es- tis a-pé-ri-te por-



tas, Dó-mi-nus omní-po-tens fe-cit virtú-tem.




†Et victó-ri-am de-dit de i-nimí-cis nos-tris.




7193a.

¶. Laudá-te Dómi-num De-um nos-trum : qui non de-



sé-su-it spe-rántes in se. †Et victó-ri-am.



¶. Gló-ri-a. 93*. †Et victó-ri-am.

¶ Ferialis lectio j. Legenda 3. Judith v.

Nunciátum est Holoférfni príncipi milítie Assyriórum quod filii Israel preparássent se ad resisténdum : ac móntium itínera conclusíssent. Et furóre nímio exársit in iracúndia magna : vocávitque omnes príncipes Moab, et duces Ammon et dixit eis, Dícite michi quis sit pópulus iste qui

montána óbsidet, aut que et quales et quante sunt civitátes eórum, que étiam sit virtus eórum aut que sit multitúde eórum, vel quis rex míltias illórum : quare pre ómnibus qui hábitant in oriénte isti contempserunt, et non exiérunt in óbviam nobis ut suscíperent nos cum pace. Tu autem.

Lectio ij. (Judith v. 5.)

Tunc Achior dux ómnium filiórum Ammon respóndens, ait, Si dignérís audíre dómine meus :

dicam veritátem in conspéctu tuo de pôpulo isto qui in montánis hábitat, et non egrediétur verbum falsum ex

ore meo. Pópulus iste ex progénie Chaldeórum est. Hi deseréntes ítaque cerimónias patrum suórum, que in multitúdine deórum erant : [195r.] unum Deum celi coluérunt. Quotienscúnque autem preter ipsum

Deum suum állerum coluérunt : dati sunt in predam et [in]³⁵ gládium et in opprórium. Quotiencúnque autem penituérunt se recessísse a cultúra Dei sui : dedit eis Deus celi virtútem resisténdi.

Lectio iij. (Judith v. 24.)

Punc ergo mi dómine perquíre si est áliqua iníquitas eórum in conspéctu Dei eórum, et ascendámus ad illos, quóniam tradens tradet illos Deus eórum tibi, et subjugáti erunt sub jugo poténtie tue. Si autem non

est offénsio pópuli hujus coram Deo suo : non potérimus résistere illis, quóniam Deus eórum deféndet illos, et érimus in opprórium univérse terre. Tu.

C *Ferialis. Lectio j.*

Holoférmes vehéménter : [et]³⁷ dixit ad Achior, Quóniam prophetásti nobis dicens quod gens Israel defendétur a Deo suo : ut osténdum tibi quia non est deus nisi

Legenda 4. Judith vj. (i.)

Nabuchodonósor, cum percussérimus eos omnes sicut unum hóminem, tunc et ipse cum illis gládio Assiriórum³⁸ intéribis, et omnis Israel tecum perditióne dispériet.

Lectio ij. (Judith vj. 7.)

Tunc Holoférmes précépit servis suis ut comprehénderent Achior et dúcerent eum in Bethúliam : et tráderent eum in manus filiórum Israel. Et accipiéntes eum servi Holoférnis profécti sunt per campéstria. Sed cum appropinquássent ad montána : exiérunt contra eos fundibalárii. Illi autem diverténtes a látere montis ligavérunt Achior ad arbórem má-

nibus et péibus, et sic vinctum résstibus³⁹ dimisérunt eum : et revérsi sunt ad dóminum suum. Porro filii Israel descendéntes de Bethúlia : venérunt ad eum. Quem solvéntes duxérunt ad Bethúliam, atque in médium⁴⁰ pópuli illum statuéntes : percunctáti sunt quid rerum esset, quod illum vinctum Assírii reliquíssent.

Lectio iij. (Judith vj. 12.)

IN médio ítaque seniórum et in conspéctu ómnium Achior dixit ómnia que fúerat locútus ipse ab Holoférne interrogátus : et quáliter pópulus Holoférrnis voluísset propter hoc verbum interficere eum : et quemádmodum ipse Holoférnes irátus jússerit eum Israélitis hac de causa tradi, ut dum víceret filios Israel :

tunc étiam ipsum Achior divérsis júbeat supplíciis interíre, propter hoc quod dixísset Deus celi defensor eórum est. Cumque univérsa Achior exposuísset : omnis pópulus cécidit in fáciem adorántes Dóminum : et commúni lamentatióne et fletu unánimes preces suas Dómino effudérunt. [Tu autem.]

Notes.

Notes, pages 1880-1893.

¹ 'v.' Chevallon. [SB:mcccxi.]

² 'vj.' Chevallon. [SB:mcccxi.]

³ 1520:39r.

⁴ 'Fe. 2. 3. 4. & 5.' *Portif.* 1519. [SB:mcccxi.]

⁵ SB:mcccxi.

⁶ SB:mcccxi.

⁷ SB:mcccxi.

⁸ SB:mcccxi.

⁹ SB:mcccxi.

¹⁰ 'vi' *non habet* *Portif.* 1519. [SB:mcccxi.]

¹¹ 1520:39r.

¹² 1520:39r.

¹³ SB:mcccxi.

¹⁴ SB:mcccxi.

¹⁵ 1520:39v.

¹⁶ SB:mcccxi.

¹⁷ SB:mcccxi.

¹⁸ SB:mcccxi.

¹⁹ SB:mcccxi.

²⁰ SB:mcccxi.

²¹ SB:mcccxi.

²² 1520:39v.

²³ 'hesdrelon' *Leg.* 1518. [SB:mccc xv.]

²⁴ SB:mccc xv. has 'ad' with the note " 'ad' *non habet Chevallon.*"

²⁵ 1520:39v. indicates flat at 'mi' of 'fémine'. In BL-52359:210v. 'mirabilis' is set G.GFF.FDFGF.FE; 'salútem' is set GA.A.AGGF. BL-52359:210v. has no flats. PEN:145r. has no natural at 'tuórum'.

²⁶ In 1520:40r. 'convérte' is set CD.D.D. In PEN:145r. 'non est' is set DG.G; 'convérte' is set CD.D.D. BL-52359:210v. has no flat.

²⁷ 1520:40r. sets 'plácuit' D.D.D. In BL-52359:211r. 'Dominátor' is set A.A.CDE.D; 'Créátor aquárum' is set F.FGAGAB[;].A AGGE.FGEFEDE.ED; 'oratióñem' is set D.D.DC.DECD.CDCA. BL-52359:211r. has no flat.

²⁸ AS:321. has 'Spem in álio'. In BL-52359:211r. 'hóminum' is set DFDEF.CD.DCCAADCBCBABA.

²⁹ *Vulgata omits 'terre'.*

³⁰ In BL-52359:211r. 'principátum' is set D.F.FECD.DFGEFE. In PEN:145v. 'os' is set DFFFDCBCDCD.

Notes.

³¹ 1520:41r. and SB:mcccxxii. both indicate the repeat after V. 'Glória' to be '†Qui non'. AS:322. and PEN:145v. and BL-52359:211v. show this repeat to be '†Quam promísit'. In BL-52359:211v. 'qui non deséruit' is set F FGAGAB G.FG.F.F. In PEN:145v. 'Israel' is set D.FEFDED.D.

³² 1520:41r.

³³ 1520:41r.

³⁴ In BL-52359:211v. 'portas' is set FGFEFEFe.ED; 'omnípotens' is set B,AB,CB,AB,AG,B,GAB,A; 'deséruit' is set DC.DE.D.D. In PEN:146r. 'inimícis' is set D.F.FEDCD.DFGEFE; 'deséruit' has only three neumes: D.D.E.D.

³⁵ *non habet Chevallon.* [SB:mcccix.] 'in' appears in Legent-1518:177r.

³⁶ *non habet Chevallon.* [SB:mcccix.] 'est' appears in Legent-1518:177r.

³⁷ *non habet Chevallon.* [SB:mcccix.] 'et' appears in Legent-1518:177r.

³⁸ 'Assyriórum gládio' *ed Vulg., cum Legend.* 1518. [SB:mcccix.]

³⁹ 'de réstibus' *Chevallon. cum Leg.* 1518. [SB:mcccix.]

⁴⁰ 'in médio' *Leg.* 1518. [SB:mcccxx.:mcccxx.]